

III.  
**DE SCHOLAE COGNATIS.**

**DIEI AVSPICATISSIMI,**  
**QVI IN FASTIS EST VII KAL. MAI.**  
**A. R. S. clb Iscc XXXXVIII,**  
**SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,**  
**DOMINO**  
**FRIIDERICO III,**  
**DVCI SAXONIAE, IVLIAE, CLIVIAE,**  
**MONTIVM, ANGARIAE QVOQVE AC WESTFALIAE,**  
**COMITI PROVINCIAE THVRINGIAE,**  
**MARCHIONI MISNIAE,**  
**PRINCIPIS DIGNITATE COMITI HENNEBERGIAE,**  
**COMITI MARCAE ET RAVENSBERGAE,**  
**DYNASTAE RAVENSTEINII, TONNAE, REL**  
**PRINCIPI PATRIAEC AC DOMINO NOSTRO LONGE CLEMENTISSIMO,**  
**SACRI**

*HORA VIII ANTE MERIDIEM*

v t

PERILLVSTRIS AC GENEROSISSIMVS

**DVC. EISENB. PRAEFECTVRAE PRAESES,**  
**ILLVSTRES AC GENEROSISSIMI AVLAE PROCERES,**  
**MAXIME VENERABILIS, PRAENOBILISSIMVS, NOBILISSIMI, IVRE-CONSVLTISSIMI,**  
**EXPERIENTISSIMI, PLVRIMVM ADMODVMQUE REVERENDI,**

CLARISSIMI, PRVDENTISSIMI, DOCTISSIMIQVE VIRI,

EPHORVS, CVRATORES, PATRONI, FAVTORES,

ET REI SCHOLASTICAE AMPLIFICATORES

IN AUDITORIO MAIORI

PLACIDAS AC BENEVOLAS AVRES

QUINQE BONAE SPEI ATQVE INDOLIS ADOLESCENTVM

ORATIVNCVLIS

COMMODARE HAVD GRAVENTVR,

HVMIILIME AC HVMANISSIME ROGAT

**M. IOH. DAV. GSCHWEND. RECT.**

*EISENBERGAE, TYPIS FLEISCHERIANIS.*



mens diuina insit necesse est, qui domi atque foris ita se gerit, ut ipsum foederati ament, exteri obseruant, amici vereantur, boni colant, mali timeant. Diuinæ illius mentis instituta optima et sapientissima esse oportet, quibus puriora sacra sunt illibata, scholæ florent, tota res publica ad inuidiam crescit, tumultus non audiuntur: nullum enim animal morosius est, nullum maiori cum cura tractandum, quam homo.

SERENISSIMUM PRINCIPEM AC DOMINUM, DOMINVM FRIDERICVM III, DVCEM SAXONIAE, IULIAE, CLIVAE, MONTIVM, ANGARIAE QVOQUE AC WESTFALIAE, COMITEM PROVINCIAE THYRINGIAE, MARCHIONEM MISNIAE, PRINCIPIS DIGNITATE COMITEM HENNEBERGIAE, COMITEM MARCÆ ET RAVENSBURGAE, DTNASTAM RAVENSTEINII, TONNAE, REL. PRINCIPEM PATRIÆ AC DOMINVM NOSTRVM LONGE CLEMENTISSIMUM, diuina mente ornatum esse, res magna cum prudentia gestæ euincunt, instituta sapientissima corroborant.

Conscendite igitur, o! mei,

Petri, Elii, Kisewettere, Roßmire, Roettigere,  
Cathedram soluite vota, nuncupate noua: haec quidem, vt DEVS, omnis salutis fons, OPTIMVM seruet PRINCIPEM, PATRIÆ PATREM DIGNISSIMUM, vsque annorum series numerum excedat a fideli DEI seruo vitæ hominum prae scriptum; addite pro regiminis prosperitate, incolumitatis diuturnitate, SERENISSIMÆ CONIVGIS, SERENISSIMI PRINCIPIS HEREDIS, totius SERENISSIMÆ DOMVS SAXONICÆ GOTHANÆ vigore florentissimo ardentissima vota; illa, quod DEVS seruauit lospicem CLEMENTISSIMUM PATRIÆ PRINCIPEM et ad hunc diem est tuitus; nec finitæ Patronorum et Favorum vilm dubitare, vos tales futuros, quales iam habuere cognitos. Ne ornatisimis Adolescentibus praeter ea dicendi argumentum desit:

IOHANNES FRIDERICVS PETRI, Nostras, de non dubiis immortalis DEI significatiōibus,

IOHANNES CHRISTIANVS GSCHWENDIVS, Altenburgenis, de boni Principis imagine,

IOHANNES MICHAEL KISEWETTERVS, Ronneburgensis, de restaurata Europæ tranquillitate,

IOHANNES GOTTLÖB DANIEL KVIRSNERVVS, Eisenbergensis, de temeraria ex annis eritio coniunctura,

JOHANNES CAROLVS BOETTIQFRVS, Volmershainensis, de iure, quo sedes romana Parvam, Placentiam, et suas esse contendit, non quidem pro argumentorum pondere, pro viribus tamen disserent.

Misli, vt incepimus persequar de Schola negotium, quae tam de ciudem Appellatione, quam Diuīsōne adferre proposueram, rei ordo postulat, vt ne, quibus Schola vocibus, idem, vt verum fatear, significantibus, augeri ornarique soleat, omnino praetermitam.

LVDI, quae Lydiis originem debet, vox non infrequens vel nuda occurrit, vel cum additis Litterarii, Triualis: ne promiscui ducantur hic et Romanorum Ludi scenici: Comoediae, Tragoediae, Mimi; aut Circenses, in Circis, Campis, Foris, Amphitheatris habitu, quorum plurimi Deorum ac Dearum nomine agitati feruntur: Megalenses, magnæ matris DEVVM, Cœlestes, Cereris, Florales Floræ; Martiales Martis, Apollinares Apollinis, Capitolini Iouis Capitolini, Magni seu Romani Iouis, Iunonis, Minervae; Seculares saeculo quoque elapo Ditis et Proserpinæ nomine celebrati: cuius rei causa ad vnum omnes sacros appellatos esse constat; aut Votivi, quum de reportata ab hostiis victoria, tum de recuperata valetudine instituti; aut Funebres, Laudierii, Stati, Non statii, Curiates, Plebeii, alii; quid enim vana religione magis captum gente romana?

*romana? De caetero tyrones ita erudiendos esse, ut aliud quasi agendo doctiores fiant, ecquis est, qui non videat, Scholam esse huius rei causa Ludum nominatam? Quidam tamen *ut* *ut* *Pro* *dictum* id tuerere, minime obstrepit; non licet puerulis atque adolescentulis in schola esse petulantibus. Verum enim vero priorem interpretationem reprehensione quaque indignam esse non nego: ne quippe discentibus horror a studiis iniciatur, noluerit vocis conditores iisque pagani, ut tristi nomine casta Minerua veniant; quod quidem et Gracis visum, vi *Diss.* I monitum. Omnino ita habet: *Et gaudium et solarium, Caecilio L. VIII, Ep. 19 teste, in litteris est, nibilque lacuum, quod his latius, nihil tam triste, quod non per has sit minus triste.* *Studia unicum doloris leuamentum, quae praeferunt, ut aduersa magis insuetum, sed patientius feramus.* Quo anno quoque eloquentiae romanae principes in nitidissima pro Archia, Poeta, oratione, c. VII. Non delectationem modo e litterarum studiis peri, sed eadem quoque adolescentiam alert, Senectutem oblectare, secundas res ornare, aduersis persiguum et solarium praeberet, delectare domi, non impeditre foris, pernotare cum versantibus in litterarum studio, peregrinari, rusticari. Cui eruditissimo viro, et Afro et Caecilio inde visum, Literariorum vocem adiungere. Quod alteram autem *Trivialis* seu *Triuiti* spectat, origo ut non est, quae L.H. moretur: sic modo vsum ipsius pate attingo, quo vulgare significat pasimque obuium. Hinc incultum carmen *triviale* barbari dixerunt; inconcinna ac impolita verba *trivialis*; addubitate, quod sequare confluum, in *trivio* esse conflui; res vilissimas, quae ex *trivio*; seruum in *trivis* emutum *barbarum* ex *trivio*; leuiter et quasi per saturam tenuerunt imbutum puerum *trivialiter institutum*; vulgarem linguam, qui in *trivii* adolescentul Grammaticam docti vtebantur, *triviale*. A qua etiam voce Scholam deduxerunt *trivalem*, utrum hac mente, quod eo loco Scholae extructae fuerint, quo tres pluresue concurrissent viae, ut vndequeuersum studium in doctrina collocantibus hoc facilior patuerit aditus; aut, quod in iis tres de septem liberalibus artibus inculcatae sint, paulum animi pendeo. Re tamen ad amusim ponderare, ut in *trivis*, ubi plaustrorum strepitum, incondito ac truci iumenta agentium clamore, altercationibus, cottabis, tumultu discentium animi perturbantur, aures peregrinantur, studia impediuntur, extructur Schola, ab huius aei, quidni et omnis? moribus quam longissime absit; alterum magis puto consentaneum autorum sententiae: quod barbaris viae fuerunt *disciplinae*. Ut silentio preemam *Thomae, Scors,* qua methodum etiam incollexere, viam, aliorumque *irrefragabilium*, *serapicorum,* *fundisimorum,* *autoratorum,* *universalium* doctorum miserissimis degentium *faeculis*, quibus doctrinæ veritas susque deque habita et viri inter pontificios candidi fasli sunt, *religionem totam conversam suisse in superstitione;* simul ac Theologiae mysticae vias, purgativam incipientium, illuminantium proficiunt, vitiuum perfectorum; Scholas vocarunt *Triviales*, aut *Trivium*, quibus Grammatica, Logica, Rhetorica; vbi reliqua, Arithmetica, Geometria, Astronomia, Musica tradebantur, *Quadrivium*, rati, his viis, viarum instar ad certum locum ducentium, discentes ad solidam duci eruditioem posse. Inditum et Scholae est*

PAEDAGOGII nomen, quod originis vi puerum ducere significat, ait vsu notatur Jocus ad puerorum adolescentiumque institutionem peridoneus. Non vlli illa in terris Saxonice, Brandenburgice, Danicis sunt incognita, quibus, considerata Clas-sium pro singulorum dissentium captu et profectibus aequalibus in linguis ac disci-plinis factis multitudine ac diuersitate, non postremas dabis. Modo Schola

LTCEVM nuncupatur, quo titulo quondam Philosophorum principis Schola, qua ambulando disputabant Peripatetici, decorabatur, ut et locus ille Ciceronis in Tufculano, quo subinde cum familiaribus iisque eruditis proficisci consueverat. Derivationem <sup>πατο</sup> ΛΥΚΚΗ non satis commodam Scholaeque proficuum existimabis. Sed si percepis, ΛΥΚΕΟΝ a Sycionibus cognominatum esse Musarum a paganis fictum ac commentitium Praesidem, quod suo ipsis consilio rapacissimum ferarum genus haud numerum ouium curans in Syconia, Achiae regiuncula, intererum deletum- que erat, mirari desieris. Moris est, Scholam


GTMNA-

GTMNASIVM dicere, quod ipsum anno 78 Romu dederit, quo Hesiodus Βεγ. καὶ  
Hes. Lib. II, com. 9. s. iterum iterumque repetito αὐτὸν ποιεῖται, ταῦτα  
τούτον δὲ αἰσθατάν - αὐτὸν ποιεῖται, ταῦτα  
vina  
eiusdem commendat. Conuenire quippe autumarat bono patri familias, vt nudus  
serat, nudus aret, nudus metat, et, non tempori modo inseruendum, sed e re  
quoquo eiusdem esse, vt agilitatis gratia vestes abiiciat. Idem fecisse perhibentur  
Luctatores in Gymnasio idcirco sic dicitis, quod uestibus, quo ad luctandum hoc agi-  
liores, hoc expeditiores esent, sese exuerant. A quo non longe abit Palaestris, anno  
78 παλλήν, luctando certare: id quod poetarum latinorum principi non inuitatum,  
Aeucl. L. VI, com. 637. canit:

Pars in gramine exercent membra Palaebris.  
Quibus in Gymnasiis atque Palaebris hoc consilio instituebant tyrones, vt decen-  
ter corpus mouendum flectendumque discerent, horumque composti motus palae-  
bris, apalaebris incompositi et indecentes vocabantur. Hodie illustriores hoc Gy-  
mnasiorum nomine Scholae insigniuntur usorūνως accepto a parili, qui in omnibus  
esse debet, semper exercendi ardore. In his alia maiorem prae se ferre videntur splen-  
dorem alii, quod altiora, quam in reliquis Scholis, proponantur. Grauisimum  
vero SVMME VENERABILIS WALCHII in Lex. Philos. p. 2243, de illis est iudicium: Dass  
man auf einigen so genannten academischen Gymnasien Profesores in der Theologie  
Rechtsgelehrsamkeit und Medicin gesetzt, scheint eine Sache von keinem sonderlichen  
Nuzzen zu sein: weil man in der allgemeinen Gelehrsamkeit gnug zu thun fin-  
det, und zu den hochern Facultaeten auf Academien noch Zeit ist; und waere da-  
hero ratsamer, wenn man jungen Leuten, die auf Academien gehen wollen,  
eine Einleitung zu denen academischen Wissenschaften gaebe.

ATHENAEVM originem debet omnium doctrinarum inuentrici domique doctrinae,  
Athenis, in quibus summa dicendi vis et inuenta et perfecta est et studiorum domicilium  
tantum permanit. Quum his abundant Athenae ornamentis et hac viguerint auto-  
ritate, ut fractum prope et debilitatum Graciae nomen earum laude subinxim sit:  
quantae gloriae Scholis esse arbitrenur, quod inde Athenae dicantur? Verum enim  
vero, quod καὶ παῦρον αὐθεπτῶν περιεργεῖτο a Diodoro Siculo illa vrbs dicitur: recti-  
us haec compellatio Academiis relinqui posse videtur, utpote quae vniuersae erudi-  
tionis officinae sunt statuenda: licet ipsae Scholarum nomen non auersentur. Non-  
ne et ibidem Musae a mechanicis laboribus quasi feriari videntur, ingenio, cuius  
cultui inserviunt, potissimum labore adfuetae? Heic filum cogor abrumptare.

F. P. Eisenbergae, VIII Kal. Maii, A. R. S. clo locc XXXXVIII.




-AKMIS

studis Eruditissimo, D. M. Salo-  
ano Pastore Vigilantissimo, Meri-  
to quidem adueniente, procescit, vt  
paret, semestri post ultimum in  
rit, non otio turpi, sed quotidiana  
strina ne vlo quidem commilito-  
Eundem Ienam abire patior, DE-  
, quo primis aliquando inter Eru-  
milites Iohannes Christopherus Lieber-  
etri, Nostras, votis sunt exceptu-

se duco, quam illud de Scholis,  
ac inter priuatos parvices studentem  
vacabit vni. Ast doctissimum et  
men ille totum in vno diem con-  
tuis intentio, qua non, vt viuis  
trum multo plus secreti temporis  
lures ire posunt, etiam quae fin-

B.I.G.



### III. DE SCHOLAE COGNATIS.

DIEI AVSPICATISSIMI,  
QVI IN FASTIS EST VII KAL. MAI  
AI R. S. clb locc XXXXVIII,  
SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,  
DOMINO  
**F R I D E R I C O III,**  
DVCI SAXONIAE, IVLIAE, CLIVIAE,  
MONTIVM, ANGARIAE QVOQVE AC WESTFALIAE,  
COMITI PROVINIAE THVRINGIAE,  
MARCHIONI MISNIAE,  
PRINCIPIS DIGNITATE COMITI HENNEBERGIAE,  
COMITI MARCAE ET RAVENSBERGAE,  
DYNASTAE RAVENSTEINII, TONNAE, REL  
PRINCIPI PATRIAE AC DOMINO NOSTRO LONGE CLEMENTISSIMO,  
SACRI

HORA VIII ANTE MERIDIEM

V T

PERILLVSTRIS AC GENEROSISSIMVS  
DVC. EISENB. PRAEFECTVRAE PRAESES,  
ILLVSTRES AC GENEROSISSIMI AVLAE PROCERES,  
MAXIME VENERABILIS, PRAENOBILISSIMVS, NOBILISSIMI, IVRE - CONSULTISSIMI,  
EXPERIENTISSIMI, PLVRIMVM ADMODYMQVE REVERENDI,  
CLARISSIMI, PRVDENTISSIMI, DOCTISSIMIQVE VIRI,  
EPHORVS, CVRATORES, PATRONI, FAVTORES  
ET REI SCHOLASTICAE AMPLIFICATORES

IN AUDITORIO MAIORI  
PLACIDAS AC BENEVOLAS AVRES  
QUINQUE BONAE SPEI ATQVE INDOLIS ADOLESCENTVM  
ORATIVNCYLIS  
COMMODARE HAVD GRAVENTVR,  
HVILLIME AC HVMANISSIME ROGAT

M. IOH. DAV. GSCHWEND. REC.

EISENBERGAE, TYPIS FLEISCHERIANIS.